Klosterneuburg, 2. Hälfte 12. Jh.

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=446
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



manu nabuchodonosor regis babylonis qui non solum uenit: sed uenit et multis commixtus nationibus: ita ut omnis egyptus uitiis scelerum sanguine compleatur. tamen aqua erit usque ad diem ut siccentur alueus fluminum hoc est nili dicopyres. usque ad solum et in manu pestilentium siue hominum pessimorum plenitudo egypti desolet. Mea enim uerba irrita esse non possunt illucescat, placiet indignatio ut simulachra egypti disperdantur et cessent ydola de memphis que usque hodie metropolis est supplicium egyptie. siue optimates et principes de memphis. et terra egypti. tamen aut terrore cuncta egyptum possidebit ut ita pharaones omnis pereat. et ignis uastet tanis. siue ut lxx. transtulerunt. tanin. faciatque ait iudicia in alexandria que hodie sic uocatur certum pristinum nomen habet no. quod aquila symmachus et theodotio sicut in hebreo positum est transtulerunt. per quo nescio quid uolentes lxx. dicere diospolim que egypti parua ciuitas est. Nam osaias per no. alexandriam posuit participationem que greece plemphis. appellatur uxta illud uirgiliani. lauinia que uenit litora. non quo eo tempore quo eneas in latium uenit lauinia dicta. sed que postea lauinia nuncupata sunt. ut manifestior fieret lectoris intelligentie. Et effundam inquit indignationem meam super sain. quod nos interpretum uertimus robur appellatur egypti. eo quod portum habet tutissimum. et negociationes emanis ibi et maxime exerceantur. Sin autem pelusiacam appellat lentem. in quo ibi genus hoc leguminis gignatur et maxime si quis ethebaide et omni egypto priuum nili illuc primum deferatur. et uim faciam ait multitudini alexandrie que rursum in hebreo posita est no. per quam nequaquam diospolim ut supra si memphim lxx. transtulerunt et ut ostendat populosam iam illo tempore fuisse urbem. pridam aut multitudinem no. & dabo ignem. hoc est regem babylonis in egypto qui instar ignis cuncta populetur. Quasi parturiens dolebit sain. i. pelusium. siue turbatio turbabitur. & in alexandria. i. in no. erit scissura & diffusi dentur aque. per quam rursum lxx. dio. spoli transtulerunt. Moris autem egyptiorum est propter inundationem nili. excelsos aggeres construere adripas nili. qui si custodium negligentia et nimia aquarum magnitudine rupti fuerint subiacentes campos nequaquam rigant aquis sed opprimunt atque populantur per quod significatur sic chaldeorum exercitu occupandam egyptum. quorum inundantibus nili aquis. et super modum crescentibus opiri solet atque corrumpi. Per inundationem aquarum et irruptionem atque scissuram aggerum in hebreo positum est. et erunt in memphi angustie cotidiane. ut unde nullum duuidit. et v apis. templum est. et cetera subtra respondent oracula. ibi cotidiane angustie fiant. Iuuenes quoque heliopoleos que hebraice appellatur